



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

404. Si Episcopus voluerit exterminare aliquem de Ecclesia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Si Episcopus voluerit exterminare aliquem  
de Ecclesia. *Ex Concilio Sardicensi.*

CCCCIV. Si Episcopus exterminare vo-  
luerit Clericum suum de Ecclesia, providen-  
dum est ne innocens damnetur. & ideo habeat  
potestatem ut Episcopos finitos interpellat,  
& causa ejus audiatur, ac diligentius tracte-  
tur, quia non oportet negari audientiam ro-  
ganti. & Episcopus patienter accipiat ut aut  
probetur sententia ejus, aut emendetur.

De depositis, si ausi fuerint attrectare mini-  
sterium sibi dudum commissum. *In  
canonibus Apostolorum.*

CCCV. Si quis Episcopus, Presbyter,  
aut Diaconus, justè super certis criminibus  
depositus, ausus fuerit attrectare ministerium  
sibi dudum commissum, hic ab Ecclesia peni-  
tius abscidatur.

De Presbytero accusato. *Ex Concilio  
Rotomagensi.*

CCCCVI. Ut nullus Episcopus Presby-  
terum accusatum ab officio Missæ removeat,  
nisi ad causam suam dicendam die statuta litte-  
ris evocatus minimè occurrerit, id est, infra  
spatium mensis. Et si post mensem secundum  
non occurrerit, tunc ab officio suspendatur,  
quousque pro se rationem reddat. Si enim lai-  
ci non canonice excommunicantur nisi tertio  
fuerint vocati atque commoniti, indignum  
videtur ut sacerdotibus denegetur, qui majo-  
ris ordinis & dignitatis sunt, quod laicis regu-

Z iij

Concil. Sar-  
dic. c. 17.

Can. Apost.  
c. 29.